



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ven. Viri Thomæ Malleoli A Kempis, Canonici Regvlaris  
Ordinis D. Avgvstini. Opera Omnia**

**Thomas <von Kempen>**

**Dvaci, 1625**

De statu eius post mortem matris, & de misericordia in pauperes. XVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45790](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45790)

no iactans dicebat; quod libenter vell et mori, in tantum suę optioni renuntians, quod nolle, quod minimus vermiculus pro ea mori deberet.

2. Quo audito, sancta & fidelis filia compuncta, & matri cordialiter compassa, hortabatur eam sacris verbis, de bonitate Dei confidere: quatenus flagellum Domini & mortem cunctis ineuitabilem, patienter ferret. Et ideo pro subuentione eius, libentissimè eidem obtulit & ex integro resignauit, quicquid huc usque boni meritorij in exercitijs virtutum, in laboribus ac patientia tolerantia, consecuta fuisset. Hæc cum matre eius audiuisset, & gratauerter accepisset, in Dei misericordia confisa, creatoris sui manibus se commendauit. Ipsa autem virgo per omnia matri sua fidelis usque ad mortem permanens, & quid iam egerit considerans, & quasi omnibus bonis operibus prioribus euacuatā se putans, iterum ad inchoandam nouam poenitentiam, duro & late se cingulo cilicino accinxit, nouum dolorem adjiciens veteri dolori: ut Deus propitius sibi fieret, & cuilibet animæ fideli. Sed post aliquot annos virgo accincta cilicio, propter corporis sui humores hydroponicos, primo cingulo ex vetustate satis corrupto, rursum alio nouo, & successivè alijs pluribus propter attritionem depositis, forti zelo accingitur, donec cum ultimo ex hac vita migraret.

## C A P V T XVI.

*De statu eius post mortem matris, & de misericordia in pauperes.*

1. Post mortem matris, virgo memor maternæ pietatis, ad solvendum debitum filialis dilectionis, talentū sibi creditū non fudit in terram: sed pauca clenodia argentea, & alia quælibet domus utensilia, à matre sibi ad usum relicta, propter instantem necessitatib⁹ expositis, mittebat diuersis egenitibus panes, carnes, pisces assos, & caseos: atque potum cereuisiæ cum amphora, quam pia mater sibi reliquerat: & si quid amplius à Deo concessum fuerat, fideliter erogabat. Et cum hæc per familiares mitteret, ipsa interim deuotis orationibus vacabat, gratias agens bonorum omnium largitori, qui aliquid sibi in usus pauperum concesserat.

2. Illa etiam, quæ à fidelibus in eleemosynam recipiebat, tantra hilaritate pauperibus transmiscebatur, ac si de rebus temporalibus nihil curare videretur. Proinde ex pecunijs habitis & pro necessitatibus expositis, mittebat diuersis egenitibus panes, carnes, pisces assos, & caseos: atque potum cereuisiæ cum amphora, quam pia mater sibi reliquerat: & si quid amplius à Deo concessum fuerat, fideliter erogabat. Et cum hæc per familiares mitteret, ipsa interim deuotis orationibus vacabat, gratias agens bonorum omnium largitori, qui aliquid sibi in usus pauperum con-

## C A P V T